



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1479. usque ad annum 1494

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1768**

**VD18 90118340**

§. 58. Fœdus Galliarum Regis cum Britonibus Aurelianensis adversariis.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66444](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66444)

occupare molitur, haud secundiore ta-  
 men successu, demum vero cum exerc-  
 tu suo decem aut ferme duodecim ar-  
 matorum millibus valido in agrum Ca-  
 meracensem excurrit; attamen annonæ  
 & pecuniarum inopia pressus, necnon a  
 Giensi, & Cordæo Marescallis conti-  
 nuo laceffitus, Mechliniam sese recipere  
 compulsus est, magna Germanorum mi-  
 litam parte a signis dilabente. (\*)

Sæcul. XV.  
 A.C. 1486.

§. LVIII.

*Fœdus Galliarum Regis cum Bri-  
 tonibus Aurelianensis adver-  
 sariis.*

Rex Franciæ Bellovaco Compendium  
 delatus, ibidem de adversa Britan-  
 niæ Ducis valetudine nuncium accepit,  
 quam ob rem nulla mora copias suas  
 Turonium usque promovit. Verum Du-  
 cis morbo paulatim remittente, Rex Am-  
 basiam reversus est, negotii Archiepis-  
 copo Burdigalensi & Buchagio deman-  
 dati

(\*) Mirum sane, quod Continuator totus in  
 enarrandis Maximiliani adversis, ex suo ta-  
 men *Comminatio* l. 7. c. 3. non recenset, Archi-  
 ducem hoc anno S. Audomari urbem, Morinum.  
 Atrebatum, aliasque plures arces Gallis evi-  
 puisse.

Sæcul. XV. A.C. 1486. *Chateau Briant.* dati exitum præstolaturus, quorum etiam solertiæ optatus collusit eventus; quippe concordiae foedus in Castro Briantii firmatum est, hisce pacis conditionibus; mitteret Rex in Britanniam haud plures, quam quadringentos Lancearios, & quatuor millia peditum; excederet cum hisce copiis ex Britannia, quam primum Aurelianensis, ejusque sectatores inde discesserint; nullam urbem vel obfideret vel caperet absque Rivenarum Marefcalli consensu; nec ullam Ducatus partem sibi vendicaret; Timebant enim Britones, ne Rex Britanniam sibi subjicere tentaret: huic ergo periculo, ut obviarent, solliciti erant.

## §. LIX.

*Comminæus captus cum pluribus aliis.*

*Comm. l. 6. c. 12.* Sub idem tempus Philippus Comminæus de clandestinis cum Aurelianensi consiliis suspectus, custodiæ datus est, unacum Culantio, Geofrido de Pampadour Petrocorienti Episcopo, Georgio de Arabasia Montis Albani Antistite, & Bussyo ejusdem fratre. Perfidiae convicti erant per complures literas incognitis notis descriptas, ac casu interceptas. Comminæus primum Lochiam deductus, in ferrea cavea per octo circiter men-